



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

E

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- hibuerint, mandantes, instigantes, auxilium, consilium, fauorem dantes, equos, arma, pecunia, com meatum, scienter ministrantes, aut ex composito spectatores, vel socij, eisdem censuris subiacent, quibus duellantes, etiam si illi impediti pugnam non commiserint. Gregor. XIII. Anno 1582.
- 4 Qui pugnam commiserint, & eorum patrini, excommunicationis, bonorum proscriptionis, & perpetua infamiae penas incurrant, & uti homicidae puniantur. Trid. loco citato.
- 5 Si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. *ibid.*
- 6 Qui ex condito statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini, socijve ad id vocati sint, nec loci securitas habita, nullave littera prouocatoria, aut denunciationis chartulae praecesserint, censuris Concl. Trid. & poenis tenentur, ac si certamen iniuissent publico, & solito abusu Gregor. loco cit.
- 7 Extenduntur praedicta ad omnem locum. Clem. VIII. Anno 1592.
- 8 Et quomodocumque & titulo quouis inuentur duellum. *ibid.*
- 9 Et qui scripta in lae causam dixerint, scripturam detulerint, affixerint, impreserint, subscripserint, seu verbo denunciarint. *ibid.*
- 10 Non comprehenduntur hoc loco epistolae priuatae, quae ordinarie scribuntur. Congreg. Episc. 6. Septembr. 1593.
- 11 Qui consilium, &c. ut supra num. 3. etiam est, et non secuto, nec accessu, nec actu proximo ad pugnam, praedictas venturas, & poenas subeant. Clem. *supra.*
- 12 Excommunicatio est. Papae reseruata, *idem ibid.*
- 13 Poena aliae priuationis beneficiorum, officiorum in habilitatis ad illa imponitur. *ibid.*
- K. Casus reseruati. num. 3.*
- Ecclesia.**
- 1 Ecclesia noua ne construatur sine licentia Episcopi, DD. apud Barbof. *de potest. Episc. alleg. 16. num. 1.*
- 2 Neque Regularium in loco non exempto. *idem ibid. num. 3.*
- 3 Attendatur autem praedictam Parochialis Ecclesiae. *ibid. num. 5.*
- 4 Sufficit, quod Episcopi consensus sit tacitus. *idem loco cit. num. 2.*
- 5 In locis exemptis necessaria est licentia Papae Sylu. *v. Ecclesia q. 1.*
- 6 Non debet edificari sine dote; alioquin Episcopus de suo dotare debet DD. apud Barb. *alleg. 74. num. 2.*
- 7 Quae sufficiat Rectori, & clerico ad vicium. *idem ibid. n. 3.*
- 8 Non potest Episcopus assignare fabricae Ecclesiae pauperis de fructibus superfluis alterius Ecclesiae. *ibid. num. 17.* concedit Sanch. cum alijs *lib. 3. de matrim. disp. 19. num. 14.*
- 9 Non potest impedire edificium Ecclesiae sufficienter dotatae, sine causa rationabili. Decisum in Rota Romana. 18 Februarii, 1591. *ceram Atlantica.*
- 10 Ecclesia sufficienter dotata pro omnibus etiam Capellis, non est necessario dotata unaquaque Capella. *Nald. capellana num. 6.*
- 11 Ecclesia mutari non potest de loco ad locum sine licentia Papae & Episcopi. Barb. *alleg. 26. num. 8.*
- 12 Ecclesia collapse, vel quae nequeunt instaurari, vocatis ijs, quorum interest, transferri possunt in matrices, aut alias vicinas arbitrio Episcopi cum beneficijs simplicibus, etiam de iure patronatus, creditis altaribus, cum oneribus priorum Ecclesiarum. Trident. *sess. 21. cap. 7.*
- 13 Reparatio Cathedralis ad Episcopum spectat. supplicat Capitulum, de superfluis fructibus beneficiorum vacantium. Barb. *alleg. 64. num. 5.*
- 14 Vel compellantur Parochiani. *n. 6.*
- 15 Parochiales reficiantur ex fructibus, qui, si non sufficiant, cogantur patroni, aut parochiani, aut certe transferantur, *ut supra. Trident. loco cit. cap. 7.*
- 16 Populo nolente suam Ecclesiam instaurare, diruatur. Decisum refert Rice. *in praxi resol. 201.*
- 17 Pensionarius tenetur pro rata ad reparationem Ecclesiae, si non est liber ab omni onere. Nauar. *conf. m. d. Eccl. edific.*
- 18 Non sunt prophanatae Capellae sine carta, & earum cementia potius tribuenda sunt Ecclesiae, quae est caput districtum.
- Ca.

- Capellarum. Decisum refert Ricc. in pra-
xi dict. resol. 201.
- 19 Ecclesia diruta in profanos usus, non
sordidus, erecta ibi Cruce, conuerti po-
test. Trid. loc. cit.
 - 20 Profanari non potest, nisi fiat ibi domus
pro Curato, sine licentia Sedis Aposto-
lica. Congreg. Episcop. 6. Aug. 1681.
 - 21 Lapidis, camenta ligna vendi possunt,
laicis etiam, non tamen, ad usum sordidum.
Prou. 5.
 - 22 Sacrilegij poenas incidunt, qui lapi-
des, vel ornamenta e templis diuinis eri-
piunt, vt ipsa ad usum proprios conuertat.
Sixt. IV. apud Nald. Sacrilegium n. 13.
 - 23 Transferantur eo casu Reliquiae sancto-
rum, & factae imagines decenter. Prou. 4.
 - 24 Ossa item defunctorum transferantur
cum Psalmis. *ibid.*
 - 25 Forma Ecclesiae haec esse debet.
 - 26 Habeatur ratio prospectus, situs, & se-
parationis ab aedibus, vt circumdari
queat. *ibid.*
 - 27 Ne a domibus vicinis pateat fenestra in
Ecclesiam. Congr. Episc. 5. Martij 1619.
 - 28 Imago Christi crucifixi magna in alto
statuatur. Prou. 4.
 - 29 Altare maius Orientem spectet, si po-
test. *ibid.*
 - 30 Altaria ne aedificentur sub organo, aut
pulpito. *ibid.*
 - 31 Neque vbi celebrans terga vertat altari
maiori. *ibid.*
 - 32 Vbi fornix non est, tegmen altari fiat
saltem e tela carulea. *ibid.*
 - 33 Sepiantur altaria.
 - 34 Sacrarium extruatur in Capella maio-
ri, aut propè sacristiam cum tiera, & cla-
ue. *ibid.*
 - 35 Suggestus congruit potius, vt sit à late-
re Evangelij. *ibid.*
 - 36 Sedilia tantam communia fiant. *ibid.*
 - 37 Et si fiant ad usum proprios, nullum ta-
men ius acquiratur dominis eorum in Ec-
clesia Syluester.
P. Sepultura qu. 3. secundum.
 - 38 Nil dentur Patronis, honoris causa.
Genuens. in Straxi cap. 32.
 - 39 Vas aquae benedicta intus existat non
foris, & à dextro latere ingredientis.
Prou. 4.
 - 40 Simplex Ecclesia vnam tantum cam-
panam habeat. *ibid.*

- 41 In frontispicio, & praesertim Parochia-
lis Ecclesiae, adsint imagines sanctorum
titularium. *ibid.*
- 42 In pavimento nulla Crux sculpatur. *ibid.*
- 43 Sepulchra fiant Canonicorum, & Pa-
rochorum communia respectiue. Pro. 5.
- 44 Longe ab altaribus extruuntur sepul-
chra. Prou. 4.
- 45 Nec in alto, & longe minus laicorum.
Prou. 1.
- 46 Duplici tegumento claudantur, neque
facta imago, neque Crux in ipsis sculpa-
tur. Prou. 4.
- 47 Vestibulum saltem ante portam sit pro
catechismo baptizandorum. *ibid.*
- 48 Arma, sagitta, & eiusmodi ne appen-
dantur in Ecclesijs. Congreg. Episc. 19.
Martij 1583.
- 49 Noctu custodienda est. Prou. 1.
- 50 De forma cuiusque ex praedictis Vide
instruct. Fabr. Eccles. approbatam in
Prou. 3.
V. Benedictio. num. 1. 2. 4. 16.
Inspatromatus. num. 74.
Subsidium caritativum. num. 5.

ADDITIO.

- 1 Fenestrae prohibentur in Ecclesia; per-
quas in eam prospectus haberi possit.
Congr. Episc. 17. Septemb. 165. & apud
Barbos. de iure Eccl. l. 2. cap. 11. num. 28.
- 2 Solus Episcopus eas habere potest. Con-
greg. Rit. 19. Ian. 1614.

Ecclesia Collegiata.

- 1 **P** Robatur ex sigillo, arca communi,
stallis congregationibus. DD. apud
Barbos. de iure Eccl. l. 2. cap. 6. num. 6.
- 2 Numerus trium Canonicorum sufficit.
ibid. num. 8.
- 3 Insignis ea dicitur, quae in loco insigni.
ibid. num. 15.
- 4 Statuta Ecclesiae collegiata quaerenda
sunt à proprio Episcopo. Congr. Rit. 28.
Sept. 1602.
- 5 Potest collegiata in processionibus pu-
blicis deferre propriam Crucem, etiam
praesente capitulo cathedralis. *ead.* 24.
Aug. 1609.
- 6 Canonici collegiata non debent ince-
dere parati in processionibus, sicut Ca-
noni-

- nonici Cathedralis. ead. 19. Maij 1607.
 7 Prior collegiata, si interest in Cathedrali, incensatur duplici ductu thuribuli, vt Canonici cathedrales, eadem 19. Aug. 1619.
 8 Ecclesie Regularium non sint collegiata in odiosis. Roderic. de quest. regul. tom. 1. q. 43. art. 12.
 9 Sunt autem propria conuentuales. Innocent. IV. in Bulla eiusdem 7. Bullarij, & in Clem. 1. de celebrat. Missæ. ex Conc. Viennen. Vide Cherub. in comp. Bull. loco cit. schol. 1.

Ecclesie Consecratio.

- 1 Non potest consecrari, nisi ab Episcopo proprio, vel alieno de licentia proprij. Barbof. alleg. 27. num. 1.
 2 Neque ab Abbatibus eorum propria Ecclesia. Tambur. de iure Abb. tom. 1. disp. 23. qu. 7.
 3 Neque ea debet consecrari, quæ sine dote est. Barbof. loco cit. num. 3. aliàs tenetur Episcopus dotare. Viuian. de iure patr. p. 1. lib. 2. cap. 3. num. 16.
 4 De nouo reparata in totum, vt dicatur alia, rursus est consecranda. Barbof. ibid. num. 13.
 5 Reparata per partes non amittit consecrationem. Azor. p. 2. lib. 10. c. 26. quest. 11.
 6 Præ die consecrationis populus ieiunet, & ipso die festum colat sine opere. Prou. 4.
 7 Ob impedimenta potest fieri sine citationibus extra eam. Congreg. Rit. 17. Iulij 1604.
 8 Non debet fieri sine Missa. Barbof. loco cit. num. 10.
 9 Consecrator in actu consecrationis potest statuere alium diem pro anniuers. celebritate. Congreg. Rit. 19. Febr. 1585.
 10 Extra actum vero non potest mutari ab Episc. ead. 16. Octob. 1604.
 11 Si concurrant plures Episcopi cum Archiepiscopo ad consecrationem, non possunt concedere plus, quàm vnus Episcopus, scilicet vnum annum Indulgentiæ. Henriq. de Indulg. cap. 32. §. 1.
 12 Pro consecratione Ecclesie potest Episcopus recipere procurationem. Genuel. in Man. Pastor. cap. 35. num. 12.
 13 Nihil noui ædificij fiat in Ecclesia consecrata, inconsulto Episcopo. Prouinc. 3.

- 14 Anniuersaria consecrationis Ecclesie dies solemniter agatur: si dies ignoratur, certus statuatur. ibid.
 15 Incidatur in lapide consecrationis memoria. Prou. 4.
 16 Vnus testis sufficit ad probandam consecrationem. Barbof. loco cit. num. 5.
 17 Liber conficiatur, in quo Ecclesiarum consecrationes, & benedictiones scribantur, & in Archiuo Episcopali reponatur. Prou. 4.
 18 Dedicatio Ecclesie Cathedralis habet officium in tota Diocesi, & Octauam in Ciuitate tantum. Cong. Rit. 2. Maij 1619.
 19 Si Parochialis est festum, manè saltem abstineant vicini ab officinis; si Collegiata, ab eiusdem clero fiat officium. Prou. 3.
 20 Si occurrant duo festa Dedicacionum, Cathedralis, & Ecclesie propria, in hac fiat de propria. Rota Rom. decisio. 616. par. 1. in recentioribus.
 V. Altare num. 1. Benedictio. numer. 2. Indulgentia. num. 11. 12. 15.

ADDITIO.

- 1 Si de consecratione dubitatur, ob vetustatem & abolitionem monumentorum, potest consecrari. Falc. 1. apud Ciconium anno 275. pag. 74.
 2 Si incepta consecratione correptus morbo Episcopus deficiat, & præsertim antequam vngantur Cruces, resumenda est à capite consecratio, Congreg. Rit. 12. Apr. 1614.

Ecclesie reconciliatio.

- 1 Polluitur Ecclesia effusione sanguinis, & seminis peccaminosa, & notoria. DD. communiter.
 2 Item ob sepultum ibidem excommunicatum, hoc est, notorium clerici percussorem, vel denunciatum, nisi signa pœnitentiæ dederit. est communis.
 3 Item ob sepultum infidelem, vel hæreticum. Azor. par. 2. lib. 9. cap. 5. quest. 1.
 4 Non autem, si sepeliatur ibi catechumenus. Vgol. de pot. Episc. cap. 29. §. 5.
 5 Ecclesia consecrata non potest reconciliari, nisi per Episcop. Azor. loco cit. quest. 5.

6. Neq; potest delegari simplici Sacerdoti Barbof. *de pot. Epif. alleg. 28. n. 56.*
7. In casu de quo supra n. 3. erunt abradendi parietes. Azor. *loco citato vers. 5.*
8. Absente Episcopo, & longe distante, potest idem ex iusta causa concedere, vt in Ecclesia consecrata, & polluta ante reconciliationem celebretur. DD. apud Barbof. *supra numero 61.*
9. Tutius est in tali casu concedere, vt in loco non facto celebretur, attento iure communi, vel post Tridentin. in priuatis Oratorijs, aut locis destinatis ad diuina. idem *ibidem n. 62.*
10. Ecclesia benedicta tantum, reconciliari potest per simplicem Sacerdotem per solam aquae lustralis aspersionem. Tolet. *in sum. lib. 5. cap. 8. nu. 15. cum alijs.*
11. Non est necessaria benedictio aque ab Episcopo. Barbof. *loco citato numero 57.*
12. Ante reconciliationem nemo potest ibi sepeliri. Sylu. *v. Consecratio. 2. quasi. 9.*
13. Neque possunt ibi recitari diuina officia. idem *ibid. 97.*
14. Si hodie polluitur Ecclesia, & ignoratur, & post octo dies ad notitiam venerit, interea que fuerit celebratum, non est opus reconciliatione. Alson. *Cast. lib. 2. c. vlt. in fine de leg. penal.*
15. Celebrans in Ecclesia polluta, quae erat consecrata, ab ingressu Ecclesiae tantum est suspensus. Sylu. *v. consecratio 2. q. 9.*
16. Praedicta de pollutione Ecclesiae non habent locum in Oratorijs. Suar. *rom. 3. dist. 81. sect. 4. c. 3. v. Benedictio nu. 4. Excommunicatio nu. 35.*

Ecclesiarum reuerentia.

1. **A**B Ecclesijs musicae lasciuiae, saeculares actiones, vana colloquia deambulationes, strepitus arceantur. Trid. *sess. 22. de obseru. in celebr. miss.*
2. Vana, secula, profana, strepitus iudiciorum, deambulationes, &c. dum diuina celebrantur, arceantur. Pius V. A. 1566.
3. Sub poena 25. aureorum, & alijs arbitrio Ordinarii. *ibid.*
4. Qui ibidem impudica dixerit, seu fe-

Barth. Gauant. Man.

- cerit, eadem poena puniatur, & carceres per mensem, si cum mulieribus id acciderit. *ibid.*
5. Qui eadem gesserit cum alijs personis, poenam luat aureorum decem. *ibid.*
6. Capitula, Rectores, Vicarijs, Sacrista, Ostiarij, Custodes moueant praedictos delinquentes, & Ordinarijs deferant puniendos, alias duorum aureorum poenam incurrant. *ibid.*
7. Mendicantes ad portam Ecclesiae stare faciant, sub poena duorum aureorum Capitulis negligentibus, & auctori dimidij parochijs. *ibidem.*
8. Regulares deputent aliquem ad praedicta, alias ab ordinario corripiantur grauissime, & a superioribus inobedientes puniantur. *ibid.*
9. Capsa, & cadauerum deposita supra terram exilentia amoueantur. *ibid.*
10. Custodes Ecclesiae ne noctu quemquam in ecclesia morari sinant. Prou. 1.
11. Ne quid frugum terra reponatur in ecclesia. Prou. 4.
12. Ne affigantur res, seu schedulae de rebus profanis, valuis ecclesiae. *ibid.*
13. Ne res venales eius parietibus haereant. *ibid.*
14. Ne super Capellas, vbi celebratur sit locus ad dormiendum, vel habitatio profana. *ibidem.*
15. Ne per ecclesiam fiat transitus cum oneribus. *ibidem.*
16. Intra presbyterium ne detur locus magistratibus, aut laicis officialibus Congregation. Episcop. 12. Jan. 1604.
17. A Choro, & sacristia laici arceantur. Prou. 1.
18. Ne altaribus haereant laici neque fontis baptismali. *ibidem.*
19. Ne sedeant neque stent aucti ab Eucharistiae sacramento. *ibid.*
20. Ne in portis morentur. *ibidem.*
21. Ne scholae Grammaticae pro pueris ibidem fiant. Prou. 4.
22. Occisorum cadauera ne in ecclesijs inspiciantur, sed alio portentur. Prou. 1.
13. Turcae, aut mancipia ne permittantur ibidem tempore diuinorum officiorum. Congreg. Episcop. 2. July. 1603.
24. Canes venatici, volucres, halia, sclopeti ne mlerantur in ecclesiam. Prou. 1.

F

15 Diui-

- 25 Diuisio sexuum procuretur. Prouinc. 4.
 26 Ad Capellas subterraneas statuatur certum tempus pro mulieribus tantum *ibid.*
 27 Velato capite mulieres sint in ecclesia. Prou. 3.
 28 Sub pœna interdicti. *ibid.*
 29 Ne conuocentur Ecclesiæ ad consultanda laicorum negotia. Congr. Episc. 3. Febr. 1604.
 30 Ne in cameterio, ac si area esset, tritura fiat, neq; tela extendantur, neque ibi mulieres, aut alij fabrile quid operentur. Prou. 6.
*V. Immunitas Ecclesiastica. l. 12.
 Regularium iura sub Episc. nu. 43.
 47. Repræsentationes sacræ. nu. 1.*
- 7 Decretum Prouinc. 7. de sumenda Eucharistia in Paschate, non alibi quam in Parochia, sine licentia Episcopi, euulgetur in Quadragesima. Prouinc. 7.
 8 Decretum de Medicis ne inconfessos uisitent, publicetur Dominica 1. Aduentur. *ibid.*
 9 Decretum de Notarijs pia legata non denunciantibus die Dom. vi. Aduentus, & secunda Quadragesimæ promulgetur. Prou. 3.
 10 Aliud item de confratribus inuitantibus alios ad eligendam sepulturam in Oratorijs confratrum, euulgetur semel in anno, si Parochis expedire videbitur. Prou. 7.

Episcopus.

ADDITIO.

- 1 Laici non debent in choro stare, nec sedere. Congr. Rit. 4. Febr. 1600.
 2 Etiam si sint illustres, & de Magistratu. eadem 21. Februar. 1604. 24. Octob. 1609.
 3 Et laicorum scamna, & loca moderari possunt arbitrio Episcopi. eadem 10. Dec. 1604.
 4 Non possunt in Ecclesia examinari rei etiam si extra locum immunem iuramentum præstetur. Congr. Immun. 7. Dec. 1632.

Edicta.

- 1 Pontificiæ constitutiones Romæ editæ de nouo, duobus saltem post mensibus in Diœcesibus euulgentur. Prou. 2.
 2 Et in librum referantur à Cancellario Episcopi. *ibid.*
 3 Satis erit si affigantur certis locis publicis, nisi alius modus in Bulla præscribatur. Prou. 3.
 4 Vulgari sermone, & summatim, si opus est. Prou. 4.
 5 Idem fiat de Episcopalis edictis. *ibidem.*
 6 Certi dies singulis mensibus, Calendarij instat, notati statuuntur, quibus, vel Pontificia, vel Tridentini, vel Diœcesana, vel Prouincialia Decreta à Parochis publicentur. *ibid.*
- 1 Quæ attinent ad propriam Episcopi personam, hoc loco sunt indicanda: nam alij tituli huius operis ad eundem pertineat.
 2 Prouisus à Sede Apostolica sine litteris Apostolicis recipiens administrationem suæ Ecclesiæ suspenditur ab administratione fructuum eiusdem: item recipientes, vel ei obediens suspenduntur à perceptione suorum beneficiorum, donec absoluantur à Sede Apostolica. Barb. alleg. l. 11. nu. 34.
 3 In ingressu Episcopi delatores baldachini incedant pedites, & capite nudo. Cong. Rit. 27. Iulij. 1624.
 4 Processurus cum mozzetta, eam deponere debet coram Cardinalibus, etiam non Legatis, ex consuetudine Italiæ. eadem 10. Iulij. 1621.
 5 Et coram suo Archiepiscopo eadem 31. Ian. 1626. nisi aliud sit statutum, ut in Prou. Mediol.
 6 Processurus cum Cappa, sufficit, si ea inducat in ea camera, in qua Canonici conueniunt. eadem 20. Nouemb. 1628.
 7 Sedere potest in loco, quem ipse uoluerit. Trid. sess. 25. c. 6.
 8 Potest Episcopus portare secum altare viaticum, & in itinere, & in quolibet loco suæ habitationis decenti Missam celebrare, vel celebrari facere. cap. ult. de prin. in 6. l. 1. g. de potest. Episcop. c. 2. §. 2. nu. 4.
 9 Etiam in aliena Diœcesi, non tamen Romæ.

- Roma. Decisum refert idem Vgol. *ibid.* lib. 1. c. 2. §. 2. contra Navar. *conf.* 1. de priuilegijs.
- 10 Etiam si non sit consecratus. Suar. *de cens. dist.* 28. *sect.* 2. *nu.* 7.
- 11 Non potest Episcopus eligere sibi confessarium non sibi subditum, qui à proprio suo Episcopo non sit approbatus. Decisum refert Riccius *in Praxi decis.* 548. *n.* 2. & Vgol. *supra.* n. 4. V. Absolutio *nu.* 7.
- 12 Potest in aliena Diocesi facere sibi deferre caudā. Sylu. V. Patriarch. *tertium.*
- 13 Debet duobus festis celebrare. Nald. *Episcopus nu.* 9.
- 14 Pro ouibus applicare sacrificium aliquando debet. *Trid. sess.* 23. *capit.* 1.
- 15 Resideat, neq; potest abesse ultra tres menses. *Trid. sess.* 6. c. 1. & *sess.* 23. *capit.* 1.
- 16 Sub pœnis ibidem contentis.
- 17 Non tamen absit in Aduentu, Natali Domini, Quadragesima, Paschate, Pentecoste, festo Corporis Christi, *ib. d.*
- 18 Nec in festis sine iusta causa. Sā *Episcopus nu.* 22.
- 19 Virgens necessitas, christiana caritas, reipub. euidentis utilitas, debita obedientia, seu licentia in scriptis concedenda, & approbanda à Papa, vel Metropolitanis, vel unico Episcopo, sunt cause legitime absentia. *Trid. loco citato.*
- 20 Non licet abesse propter morbum perpetuum. Decisum refert Barbof. *supra nu.* 9.
- 21 Licet autem, ob persecutionem suæ personæ. *ibid. nu.* 8.
- 22 Non potest emittere votum de peregrinatione longinqua sine licentia Papa. Barbof. *de pot. Epis. alleg.* 53. *n.* 22.
- 23 Neque eadem intrate Religionem. *ibid. n.* 23.
- 24 Episcopus Canones non seruans, aut non seruare faciens, est periurus. Sylu. V. *Episcopus q.* 11.
- 25 Bona emptā ex redditibus Episcopatus ipso iure transeunt in dominium ecclesie. Barbof. *allegat.* 114. *numero* 17.
- 26 Bona Episcopi Titularis acquiruntur Papa. *ibid. n.* 31.
- 27 Potest Episcopus donare in vita non causa mortis. *ibid. n.* 32. 33. etiā Regularis Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 34. c. 2. *q.* 6. *nu.* 60.
- 28 Potest conferuare patrimonium, & expendere bona ecclesie in profanos vsus. Barbof. *ibid. nu.* 36. negant alii. *ibid. nu.* 38.
- 29 Episcopus Regularis neque de patrimonialibus, neque de acquisitis potest testari. *ibid. nu.* 20.
- 30 In vita non potest tam ample disponere, quā Episcopus secularis DD. *ibid. nu.* 22.
- 31 In infirmitate non potest quilibet Episcopus immoderatas facere elemosinas. *ibid. n.* 35.
- 32 Non potest Episcopus de bonis intuitu Episcopatus acquisitis testari. Barbof. *alleg.* 114. *nu.* 9.
- 33 Potest testari de alijs bonis patrimonialibus ex industria sua acquisitis, quāuis ratione ordinis, puta si Vice Rex, vel Nuncius fuerit. *ibid. nu.* 10.
- 34 Habita licentia testandi à Papa nō expirat ob mortem Papæ. *ibid. numero* 25.
- 35 Et potest condere plura testamenta. *nu.* 26.
- 36 Licentia superueniens post factum testamentum valet. *ibid. nu.* 27.
- 37 Bona Episcopi Regularis sine legitimo testamento debentur ecclesie, non Monasterio. *ibid. nu.* 28.
- 38 Episcopus non seruans ea, quæ statuta sunt à Io. XXII. *in extra.* 2. *de elect.* quoad perceptionem fructuum Episcopatus anni primi, & secundi, non relicta portione statuta successori *ibidem* suspenditur à Pontificalibus, & ingressu Ecclesie. Barbof. *ibid. n.* 32.
- 39 Ingressus ecclesie prohibitus facit, ne in Ecclesia possit celebrare diuina, & durante interdicto, non potest Episcopus sepeliri in ecclesia neque in cæmeterio, nisi pœnitentiam egerit & fit irregularis, si in ecclesia diuina celebret. *ibid. nu.* 33.
- 40 Translatus ad aliam ecclesiam non potest deferre libros, & alia, quæ in priori Episcopatu ex eius redditibus acquisiuit, licet in morte ea velit reddere priori ecclesie. Suar. *de relig. lib.* 3. c. 16. *nu.* 24. 25. V. *Archiepiscopus. nu.* 2. 3. *Benedictio. numero* 20. *Suffraganeus. Episcopus. nu.* 1. V. *siua nu.* 8.

A D D I T I O.

Episcopus regularis, recuperat ius succedendi, etiam quodam renunciata, ad fauorem tamen suae Ecclesiae. *Congreg. conc. II. Jan. 1631.*

Eucharistia.

- 1 **E**Xtra Parochiales Ecclesias non conceditur retineri assidue. *Cong. Episc. 15. Jan. 1619.*
- 2 Nisi à Papa. *Decisum refert Genuens. in Praxi Neapol. cap. 92.*
- 3 Neque in Ecclesijs Tertiatarum, quae professionem solemnem non emittunt trium votorum, nec in clausura viuunt. *Congr. Episc. 20. Dec. 1616.*
- 4 In Parochialibus retineatur in altari maiori. *ead. 6. Dec. 1594.*
- 5 Pixides ne sint exebore. *eadem 26. Iulij 1588.*
- 6 Duæ sint pixides in parochialibus, altera pro infirmis, quæ cum sacculo serico albo, & chordulis pro montibus ad collum appensa deferuat. *Prou. 4.*
- 7 Tabernaculum panno albo serico vestiat intus, & conopæo albo foris, titulo Romano. *ibidem.*
- 8 Clauis sit pœnis Rectorem tantum *ibid.*
- 9 In tabernaculo nihil aliud asseruetur *Congr. Rit. 22. Febr. 1593.*
- 10 Renouentur particulae octauo quoque die quinque saltem in pixide sint. *Prou. 4.*
- 11 Hostias ne laicus homo neque femina conficiat. *ibid.*
- 12 Velo coloris albi pixides semper vestiantur. *Rit. Rom. de Tabernaculo gestatorio. V. processio num. 36.*
- 13 Ante Eucharistiam semper atdeat lapsas *Prou. 1.*
- 14 Non adhibeatur cōtra grandinem putain valuis ecclesiar, benedicendo aerem *Prou. 3.*
- 15 Decet magis, vt solemnitas Corporis Christi celebretur in Cathedrali, à qua & ad quam fieri debet processio. *Decisum refert. Barbof. alleg. num. 7. V. processio num. 31. 39.*
- 16 Non deferatur humeris, sed manibus tantum. *Congreg. Rit. 2. Iou. 1618.*
- 17 Nec deferatur per vias Hebraeorum. *Congreg. Episcop. 22. Februar. 1593.*
- 18 Fer. V. in Cena Domini Clerus, & Canonici in Missa solemniter communicent. *Cong. Rit. 27. Septembris 1608.*
- 19 Fer. v. & vi. maioris hebdomadae non deferatur extra Ecclesiam. *Congregat. Ep. 6. Augusti 1591.*
- 20 Fer. vi. eiusdem non deferatur noctu & abrogata est consuetudo, tamquam abusus eadem. *22. Martij 1596.*
- 21 Nemo sumat in Paschate Eucharistia extra Parochialem sine licentia Episcopi in scriptis. *Prou. 7.*
- 22 Communicans in hebdomada maiore, vel infra octauam Paschae satisfacit præcepto. *Eugen. IV. Anno 1446.*
- 23 Qui satisfecit in Paschate in Parochiali, non tamen potest in ipso die Paschatis Eucharistia sumere in Ecclesia Regularium non habentium curam animarum. *Congregat. Concil. 13. Ianuar. 1586. 14. Martij 1615.*
- 24 Famuli saeculares in Monasterijs degentes ad Parochialem in Paschate debent. *Congreg. eadem 20. Febr. 1576.*
- 25 Qui abfuerit, doceat de facta communionem. *Prou. 3.*
- 26 Concubinarij, feneratores, & blasphemij alijs moniti arceantur a communionem. *Prou. 1.*
- 27 Qui non communicarint, deferantur ad Episcopum, ad sex dies post octauam Paschae. *Prou. 1.*
- 28 Non meretrices. *Sa. Confessio num. 42.*
- 29 Non deferens Parochus ob periculum mortis, seu non denunciatis interdictos, excusatur. *Bonac. de leg. dispnt. 2. qus. 8. pun. 2. num. 10.*
- 30 Interdicantur non communicati ab ingressu Ecclesiae. *Prou. 2.*
- 31 Ob solam omissionem Paschalis communionis & confessionis potest Episcopus procedere, etiam ad excommunicationem: & si velit, ad pœnas etiam pecuniarias; non autem expedit, vt sibi referuet hunc casum *Congregat. Conc. 30. Ian. 1587.*
- 32 Clerici præterea singulis mensibus, Diaconi, & Subdiaconi bis in mense communicent; cuius rei fidem exhibeant tertio quoque mense. *Prouinc. 1.*

- 33 Diaconis, & Clero communio detur ad altare; laicis remotius. Prouinc. 4.
- 34 Sacerdotibus addita stola in modum crucis, *Bract. 3. Canon. 3.*
- 35 Adolescentes prius examinentur. Prouinc. 1.
- 36 Ministretur laicis cum distinctione sexus. Prou. 5.
- 37 Ministrans Episcopus Eucharistiam extra Missam induat Pluuiale cum stola. Prou. 5.
- 38 Ministrans Eucharistiam, vel inseruiens ministranti nihil omnino recipiat, neque à sponte dantibus, sub poena suspensionis à diuinis ipso facto. Prouinc. 7.
- 39 Neque pro elemosynis peluicula exponantur. Prou. 4.
- 40 Pro communicando aegrotto pridie vesperti detur etiam signum cum campana. Prou. 5.
- 41 Neque noctu sine necessitate deferatur. *ibid.*
- 42 Parocho impedito, deferat ille qui audire potest confessiones. Prou. 4.
- 43 Parentur necessaria, & munda, apud aegrotum à sodalibus Societatis. Prouinc. 5.
- 44 Umbella adsit cum luminibus, & campanula. *ibidem.*
- 45 Pluuiale adhibeatur in locis insignioribus. Prou. 3.
- 46 Umbella ruralis ab vno gestanda rite adsit *ibid.*
- 47 Duæ ferantur particulae, altera pro re-ditu, nisi loci distantia, aut alia causa aliud suadeat. Prouinc. 1. & 2.
- 48 Purificatione vniquam detur in vase sacro, neque formam calicis habente. Prou. 1.
- 49 Reis capitalis sententia damnatis, etiam mane quando exequenda est, potest dari Eucharistia. *Congregat. Episcop. 26. Junij 1590. etiam non ieiunis. Emmanuel Sà Eucharist. numero 2.*
- 50 Numquam deferatur ad aegrotos, vt tantum adorent. *Decisum refert Praxi Episcop. V. Euchar. ad quintum.*
- 51 Sodalitas Corporis Christi instituatur. Prou. 1.
- 52 Indulgentiæ pro associanda Eucharistia concessæ sæpius publicentur. Prouinc. 3.

Barth. Ganap. Man.

- 53 Non exponatur cum solemnitate à Regularibus sine licentia Ordinarij. *Cong. Rit. 26. Febr. 1628.*
 - 54 Pro personis particularibus exponatur in ostiolo tabernaculi, aut in pixide velata cum luminibus, & assistentia. *Congregat. Episc. 17. septemb. 1598.*
 - 55 Putrefactis Hostiis, (quod absit) in pixide, custos earum 30. diebus pœniteat. *Sylu. Euchar. 2. quest. 9. sextum.*
 - 56 Qui incautè eam dimiserit, licet nihil notandum acciderit, tribus mensibus ab officio suspendatur. *idem ibid. septimum.*
 - 57 Ne fiat concio coram Sacramento in altari exposito, capite tecto. *Congregat. Rit. 16. Febr. 1630.*
- V. Benedictio numero 15. Canonorum munerum numero 48. 50. Cessatio à diuinis numer. 4. Confraternitates numer. 21. & seq. Excommunicatio. numero 49. Interdictum. numer. 21. 31. & seqq. Pestis. numero 6. 7. Processio. à numer. 32. Regularium iura sub Episcopis. num. 22. Regularium iura circa Tertiarios. num. 2.*

Examinatores.

- 1 Pro concursu Parochialium debent in Synodo eligi saltem sex Trident. *sess. 24. cap. 18.*
- 2 Pro examine confessariorum, & ordinandorum potest Episcopus eligere, quos voluerit. *Gau. de Synodo part. 1. capit. 31.*
- 3 Debent esse Magistri in Theologia, aut Doctores, vel Licentiati in iure Canonico. *Trid. loco cit.*
- 4 Ex Ordine Mendicantium assumi possunt. *ibid.*
- 5 Ex Ordine aliorum Regularium. *Gauant. loco citato.*
- 6 Si desint prædicti, possunt eligi alij clerici magis idonei. *Decisum refert Massobr. in Praxi de concursu Regus. 11. dub. 2. in fine.*
- 7 Nominandi Regulares de nomine, & cognomine, ne dum de titulo officij, aliàs successor in officio non est legitimus examinatus. *Rota apud Garz. de benef. parte 9. capit. 2. dub. 22.*
